

libro adductam, omisit. Oratio itaque allegata evidenter docet, quod allegandi formula Mosis verba non respiciat.

§. XIII.

Missis Judæorum sententiis Græcos adimus, quorum mentem de libro Recti si accuratius inquiramus, eosdem *vix intellexisse*, qualis sit liber Recti, cognoscemus Antiquissima LXX. senes verba Josuæ: *Nonne hoc scriptum est in libro Recti*, plane omiserunt; non enim nisi cum asterisco in Græcis versionibus leguntur, vid. *Grabii Jesum Nave* Cap. X. 13. Et *Montfauconii Hexapla* Tom. 1. p. 210. 2. Sam. I, 18. liber Recti allegatur his verbis *ιδὲ γέγραπται ἐπὶ βιβλίου τῆς ἰουδαίας*, *ecce scriptum est in libro Recti!* Ex qua versione nihil haurimus, quod lucem affundat. Theodoretus ad *Jesum Nave* quæst. 14. legit in codice Græco τὸ βιβλίον τὸ εὐρεθὲν *liber inventus*, & in II. Reg. quæst. 4. βιβλίον τὸ ἰουδαίας *liber rectus*; fortasse prior lectio ex posteriori est corrigenda, quod iis relinquimus, quibus codicum MSS. inspectio est data. Antequam plura de Theodoreti sententia proferamus, liceat præmittere, quæ Josephus de hoc libro Recti quibusdam dixisse visus est. Leguntur illa *Antiquit. L. V. Cap. II. p. m. 139. & 140. Crevisse autem eum diem ultra consuetum, δηλῆται διὰ τῶν ἀνακειμένων ἐν τῷ ἱερῷ γραμμάτων, extat relatum in sacra Volumina, quæ in templo sunt asservata. Quæ verba de Annalibus Masius ad h. l. Josuæ intellexit; sed nobis videtur, quod potius de codice sacro sint capienda, inducti verbis ejusdem Josephi L. I. contra Apionem p. m. 1036. scriptis, quibus declarat, quos sacros conservaverint libros Judæi. ἡ μνησθέντων βιβλίων εἰσὶ παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἰκοσι βιβλία, τῆς παντὸς ἔχοντα χρόνῳ τὴν ἀναγραφὴν τὰ δίκαια πεπιστευμένα: infiniti libri non sunt apud nos discordantes, & sibi met repugnantes; sed solummodo duo & viginti libri habentes temporis totius conscriptionem, quorum juste fides admittitur. Si vero Israelitæ nullos habuerunt libros sacros præterquam viginti duos, (de qua*

E

par-